

988, 1 14

Dominus Iesus

ReP 5

133


2. JR

~~4.4.11~~


MICROFILMADO


F.R.1059


05-08-03














Do Arcebispo de Lixa

~~RE~~

~~7777~~

A
C

**OFFICIA
SANCTORVM ECCLESÆ
OLYSIPONENSIS AC
totius fere Hispaniæ
propria.**



Pes 2. c. 35

xxij. Ianuarij.	S. Vincentij martyris, cum octau.	fol. 1.
xxij. Ianua.	S. Ildiphonsi Archiepisc. Toleta.	fol. 8.
Feria. ij. post oœt. Pasch.	Noïsa Sñora dos prazeres.	f. 21.
ij. Aprilis.	S. Francisci de Paula confess.	fol. 28.
iiij. Aprilis.	S. Isidori Archiepisc. Hispalensis.	fol. 30.
xiij. Aprilis.	S. Hermenigildi martyris.	fol. 32.
xxix. Aprilis.	S. Petri martyris ord. Prædicatoru.	fol. 34.
xvij. Iunij.	S. Antonij de Padua confess.	fol. 37.
Dñica 3. Julij.	Angeli custodis Regni, cum Missa.	fol. 40.
xxvj. Iulij.	S. Annæ matris B. Mariæ virgi.	fol. 54.
x. Septemb.	S. Nicolai de Tolentino confess.	fol. 57.
xv. Septemb.	Translatio S. Vincentij marty.	fol. 60.
xix. Septemb.	S. Ianuarij episc. & sociorū mart.	fol. 64.
j. Octobris.	S. Verissimi, Maxime, & Iuliæ mart.	fol. 65.
xx. Octobr.	S. Irenæ virg. & martyris.	fol. 67.
xxv. Octob.	S. Crispini & Crispiniani mart.	fol. 67.
xxj. Nouébr.	Præsentatio B. Mariæ virg.	fol. 70.
xvij. Decēb.	Expectatio partus B. Mariæ virg.	fol. 72.

Cum approbatione S. D. N. Papæ *ac*
Xisti Quinti.
Et cum facultate Inquisitorum.

M.D.LXXXXX

Costav. 1500

3

Emorat

DOM MIGUEL DE CASTRO
Metropolitano Arcebispo de Lisboa,
&c. Fazemos saber ao Deão & Cabido
da nossa Sé, & aos Piores, Rectores, Vigairos,
& Beneficiados, & mais Clérigos desta cidade
& Arcebispado, que por quanto no último Si-
nodo que o señor Arcebispo Dom Jorge Dal-
meida q estee em gloria nosso predecessor fez,
lhe soy pedido por parte da clerezia, se refor-
massem algüs officios de Sanctos de que nesta
cidade & Arcebispado era costume rezar-se, &
se pedisse a sua Santidade cõfirmação delles pa-
se poderem rezar: & hora o sancto padre Sixto
Papa quinto nosso señor, sendolhe ainsi pedido,
ouue por bem confirmar os ditos officios, sen-
dolhe presentados & examinados pelos Reue-
redissimos Cardeaes pera isso deputados, como
consta do Breue de sua Santidad inserro no prin-
cipio do liuro dos ditos officios, como saõ o
officio de Sam Vicente, & de nossa Senhora dos
prazeres, & de Santo Antonio, & de Sam Ni-
culao Tolêntino, & de Sam Verissimo, Maximus,
& Iulia, & de S. Crispino, & de Santa Erena, &
do Anjo custodio. E porquanto sua Santidade
confirmou & aprouou os ditos officios, & ha
por bê que nas igrejas desta cidade & Arcebispado
de Lisboa todas as pessoas ecclesiasticas
& seculares q rezam os officios diuinos possão
publica & priuadamente rezar os ditos officios,

& rezandoes nos dias determinados possão eõ
issô satisfazer a sua obrigaçâo, como se rezasse
os officios do dito Breuiario, & conforme as re-
gras delle. Amoestamos a todas as pessoas Ec-
clesiaſticas acima ditas, que com muita deua-
ção se conformem com os ditos officios, & os
rezê em seus dias pera iſſo declarados, porquâ
to com assi o fazerem cumprirão com a obriga-
ção que teuerem de rezar, & com a deuação q
aos ditos Santos he deuida. E pera que venha
a noticia de todos, mandamos fixar a presente
nas portas da noſſa See, & nas mais partes on-
de for necessario. Dada em Lisboa sob noſſo ſi-
nal & ſello, aos xxij. dias do mes de Agosto,
Diogo Tauares a fez, anno do Senhor de 1590.
E este ſe imprimirà no principio dos liuros.

O Arcebispo de Lisboa.

¶ Pôdese imprimir estes officios, em Lisboa. 7. de Agosto
de 1590.

Antonio de Mendoça. Dioguo de Souza.

¶ O mesmo digo & affino como prouisor & ordinario
deste Arcebispado de Lisboa. 20. de Agosto de 1590.

Christovão de Matos.

¶ Que ſe poſſa este liuro imprimir visto como foys apro-
vado pelo sancto officio, & visto por mandado da mesa,
em Lisboa. 8. de Agosto de 1590.

Dioguo Lameira. Damião Daguiar.

SIXTO V. PONT.

OPT. MAX.

PETRVS LAURENTIVS DE
Tauora Sacræ Theologiæ Licenciatus,
& Olysfponensis Ecclesiæ Canoni-
cus omnimodam felicita-
tem precatur.



V M his superioribus annis, Beatiss. Pater, in diœcesana synodo huius Archiepiscopatus Olysfponensis, à totius Clerici conuentu obnixè postulatum esset, vt illorū Sanctorum antiqua officia, quorum dies festus duplex per totam diœcesim celebratur, emendata ad formam Breuiarij redacta, atque à Sede Apostolica approbata, prælo committerentur, vt ab omnibus saltem huius diœcesis Ecclesiasticis, vnum, & idem officium recitaretur, mihi tanquam procuratori totius Cleri

in eadem synodo electo, demandatum
est, ut illud coram Archiciscopo sedu-
la diligentia curarem, & rei ut daretur
effectus, efflagitarem. Multis igitur to-
tius Reipublicæ negotijs cum viderem
Archiciscopum Georgium impeditū,
cœpi ego, quamuis magni illud erat ne-
gotij, ingenijque mei viribus onus om-
nino impar, eadem antiqua Sanctorum
officia valuere, & ad formam restituti
Breuiarij redigere, & eorum lectiones
cum probatis Sanctorum historijs con-
ferre: placuit tamen Antistiti, ac viris
doctissimis, quibus etiam idem Georgi-
us illud ipsum curandum demandarat,
ut sanctissimi martyris Vincentij, Eccle-
siae nostræ Olysiponensis insignis Patro-
ni, antiquum officium omnino dimitte-
retur, & hoc nouum (ut tuæ Sanctitati
placuisset) ab omnibus recitandum pre-
poneretur: Hymni enim illius antiqui
officij, nullius metri seruato ordine, cō-
tra Ecclesiæ morem compositi appare-
bant: Antiphonæ, Responsoria, & officij

cate-

cætera, ita erant inordinata, incompta,
& incomposita, vt ex illorum verborum
sonitu nullum sensum, nullam sciētiam
cum deuotione omnino quisquam pos-
set accipere: & lectionum ordo & con-
textus cum reformato Breuiario mini-
me cohærebat. Huius igitur noui officij
hymni ex Aurelio Prudétio, cuius poesi
Romana Ecclesia səpissime vtitur, de-
cerpti sunt, paucis additis, siue mutatis:
responsoria, antiphonæ, & cætera fere
omnia ex sermonibus sancti Leonis Pa-
pæ, ac sancti Augustini (vt ad margi-
nem adnotauimus) sunt desumpta. Cum
verò particulari, & antiquissimo vsu,
ac iure de Translatione eiusdem sanctissi-
mi Martyris Vincentij, quotannis de-
cimo septimo Kalendas Octobris, sub
duplici officio diem festum agat Oly-
siponensis Ecclesia, & eodem die sacer-
dotum & totius populi fiat altera sole-
nis supplicatio in honorem eiusdem
Martyris, proprium etiam officium

huius festi, alio antiquo dimisso, ea qua
potui diligentia, pro ingenij mei tenui-
tate (Breviarij reformati) composui, ut
& translationis memoriam inter mor-
tuam refricare, & antiquam totius po-
puli deuotionem erga suum patronum,
pene iam extinctam, iterum excitarem,
erigerem, & augerem. Quapropter in res-
ponsorijs aliquorum miraculorū huius
sancti martyris, ut mos est Ecclesiæ, me-
moriam fecimus: sunt enim hæc miracu-
la non apocrypha quidē, sed apud Eccle-
siæ archiuum in membrana obseruata,
antiquissimis & fide dignis testimonijs
comprobata, & in antiqua altaris tabella
optime depicta, literisque aureis exa-
rata. Lectiones verò desumpsimus ex
historia religiosissimi & deuotissimi An-
dreæ Rosendij, qui omnium consensu
optimus fuit & veritatis & antiquitatis
indagator, qui etiam elegantissimis car-
minibus Vincentij triumphum decanta-
uit. Hymnos verò partim ex Prudentio,

pau-

paucis additis & mutatis, desumpsimus;
partim vero ad instar historiarum fidem, te-
nui quidem marте, sed eo metro quo e-
tiam aliquando Ecclesia utitur, sunt cō-
positi. Cum vero in vigilia horum duo-
rum festorum ex consuetudine Archie-
piscopatus, sub poena mortalis reatus,
omnibus indictum sit jejunium, officium
vigiliarum, ut morem seruaremus Ecclesiae
Romanae, adiunximus, & illud ipsum ex
vigilia sancti Laurentij desumpsimus.
Eadem etiam ratione, cum praecepto
sub eadem reatus mortalis poena, in vi-
gilia sancti Antonij Olysiponensis in hac
diocesi sit jejunandum, officium etiam
vigiliarum ex communi Confessorum de-
sumptum apponendum curauimus.
Consueuit haec nostra Olysiponensis Ec-
clesia, & tota eius fere diocesis, ab an-
tiquo & immemorabili tempore, cele-
brare duplii officij nota in feria secun-
da post Dominicam in Albis festum bea-
tae Mariæ Virginis, quod quidem vulga-
ri &

ri & patro sermone, Nossa Senhora dos Prazeres, appellat ; fit enim in eo die commemorationis immensæ illius lætitiae, quam susceperebat Virgo Deipara ex Resurrectione unigeniti filij sui : extat antiquum huius festiuitatis officium proprium, quod etiam doctissimorum virorum iudicio, abolendum fore arbitramur. Nulla enim in eo restituti Breuiarij seruatur norma : lectiones & homiliae alicuius marte compositas, non ex sanctorum Doctorum scriptis, ut Ecclesia vtitur, desumptas inuenimus. Quare totum huius dici officium præter lectiones primi Nocturni, quas ex Canticis Canticorum, secundi vero ex sermone sancti Augustini de beata Virginio, & homilia ad Euangelium, quo Ecclesia tempore paschali vtitur in commemoratione beatæ Virginis, ex sancto Ioanne Chrysostomo apposuimus. In festo Crispini & Crispiniani martyris (ut historiæ antiquæ tradunt) Alfonsus Lusitanorum

tanorum Rex primus Olysonem à Sar-
racenorum potestate vindicauit ; ideo
celebratur apud Ecclesiam, & per totam
urbem hic dies festus duplici officij nota,
Lectiones tres secūdi nocturni cum ap-
probatis auctorum hystorijs contulimus,
oratione peculiari illius antiqui officij
sola retenta : cætera, ut parum aut nihil
accommodata, sunt dimissa ; ut quæ de-
sunt, ex communi plurimorum marty-
rum recitarētur. Angeli Custodis sum-
ma deuotione affectus Emanuel Lusita-
niæ quōdam Rex impetrauit à sede Apo-
stolica, ut illius proprium officiū in ter-
tia Dominica mēsis Iulij ab omnibus hu-
iis Regni Ecclesiasticis quotānis cele-
braretur ; sīq; eodem etiam die, ex Re-
gis præcepto, in quovis oppido ac vrbe
totius Regni, solemnis supplicatio : vt
tamen seruaretur Breuiarij forma, quam
officium illud minime obseruabat, ap-
posuimus alias lectiones ex scriptura, &
ex sanctorum doctorum scriptis, sermo-
ne &c

ne & homilia, alijs ut parum accommo-
datis rectis, quia sine auctore inueni-
mus: hymnos verò ex Angelorum offi-
cio apud Breuiarium potius decantan-
dos, quam alios in proprio officio assig-
natos, omnium consensu statuimus.
Restat, Beatissime Pater, ut si illa, quæ
Tuæ Sanctitati nunc offerimus, digna ut
in Ecclesia celebrentur iudicaueris, tuo
etiam præcepto, ut illa ipsa officia ab
omnibus Ecclesiasticis huius diœcesis, ac
totius prouinciae recitentur, cautum sit.
Quod ego totius Cleri nomine summis
à te precibus iterum ac iterum conten-
do. Faxit Deus Optimus Maximus, ut
labor hic noster in eius cedat gloriām,
cœptisq; tuis feliciter faueat, tuamque
vitam incolumem, diuturnam, & lon-
gam seruet.

(:28:28:28:)

(:28:28:)

(:28:)

SIXTUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.



Si certa diuinis officijs recitandis in Breuiarij Romani reformatione nouissimè ex Concilij Tridentini decreto, & Romanorum Pontificum iussu edita præscripta est ratio & norma, decet tamen interdum Romanum Pontificem, ut piæ quarundam Ecclesiarum siue religionum in sanctos Patronos deuotioni satisfaciat, in corum proprijs officijs iuxta eiusdē Breuiarij præscriptum approbandis auctoritatem suā interponere, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Nuper siquidem supplicationibus venerabilis Fratris Archiepiscopi ac dilectorum filiorum Capituli & Cleri Vlixbonensis Ecclesiæ inclinati, nonnulla propria sanctorū eiusdē Ecclesiæ Patronorum officia, & Missam sancti Angeli Custodis pridem cœfecta, & forsitan in eadem Ecclesia, & eius

dice-

diœcensi recitari solita venerabilibus fra-
tribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalibus cōgregationi sacrorum ri-
tuum præpositis examinanda, & ad præf
criptum Breuiarij huiusmodi accommo-
danda commissimus, cumque iam, ut no-
bis relatum est, examinata & accommo-
data fuerint, prout in libello per vene-
bilem fratrem nostrum Alphonsum Epi-
scopum Portucen. Cardinalem Gesual-
dum eiusdem congregatiōnis nomine
subscripto apparet, ea Apostolicæ pot-
estatis patrocinio munienda duximus.
Igitur ex nostra certa scientia, ac de A-
postolicæ potestatis plenitudine officia
propria Vlixboneñ. Ecclesiæ cum Missa
sancti Angeli Custodis sic, ut præfertur,
emendata, & accommodata, Apostolica
auctoritate tenore præsentium confir-
mamus, & approbamus, utque in Eccle-
sia, Ciuitate, & Diœcensi Vlixboneñ. tan-
tum ab omnibus utriusque sexus Chri-
stifidelibus iuxta formam præfati Bre-
uiarij Roman. diuina officia persoluens
tibus,

titus, suis temporibus tam publice quam
priuatim recitari possint, utque illa sic,
ut præmittitur, recitantes perinde de-
bito suo satisfaciant, ac si dicta officia
iuxta dicti Breuiarij normam recitareret,
cadem auctoritate concedimus, & indul-
gemos. Non obstan. constitutionibus, &
ordinationibus Apostolicis, quodq; for-
san nonnulli ex sanctis præfatis in noua
Kalendarij Romani descripti non sint,
ceterisque contrarijs quibuscunque. Vo-
lumus quoque & concedimus, dicta offi-
cia seorsum à Breuiario Romano impræ-
mit, & in dicta ciuitate, & Diœcesi vul-
gari posse, præsentiumque transumptis
etiam cum ipsis officijs impressis eandem,
quæ præsentibus ipsis adhiberetur, fidem
adhiberi debere.

Datum Romæ apud sanctum Petrum,
sub Annulo Piscatoris, Dic. xxiiij. Mar-
tij, M. D. LXXX. Pontificatus
Nostris Anno Quinto.

M. Vestrius Barbianus.

20 D. Petro Laurentio de Tauora
Vincentius Nonius.

Christus bisseno delegit ab agmine Petrum,
Vt tanti princeps agminis ille foret.
Emeritum Petro Christus persoluit amorem
Illiū ardenti pectore Christus erat.
Petrū aliū ex alio inuicē legit agmine Martyr.
Qui vetus in præsens innouet unus opus.
Gratum animū in cœlū, persoluēt astra merēti,
Nec Deus oblitus magna merentis erit.
Aduenient Petro partæ virtute tiaræ
Ore, scholis, studio, tempore, stirpe, manu.
20 Lectori. 20

Quod Superis gratū, mortalibus vtile, plenū
Diuino prorsus numine cernis opus:
Sola sed hæc ingens unius cura peregit,
Cura idem satagit delituisse pari.
Verū nos signis utemur reddere iussi
Harpocraten: fari hac sub ratione licet.
Pontificis primi sacro cum nomine mores,
Laudatamq; refert cum probitate fidem:
Vendicat inde sibi Hispano cognomen ab illo,
Quippe triumphator martyr in igne fuit.
Si genus addendum est, & autæ gloria gentis:
Hic inter Tauoras est prope visus apex.
(viii:)

Dic. IN VIGILIA

21. **Jan.** S. Vincentij marty.
Officium fit de san-
cta Agneta curion. vigilia; nona lectio
de homili in fining.
Si quis vult venire
post me. de comu-
ni viuus mare.

Oratio.

A Desto Dñe sup-
plicationib^o no-
stris, & intercessio-
ne beati Vincentij
martyris tui, cuius
præuenimus festiui-
tatem, perpetuam
nobis misericordia
benignus impende.
Per Dñm,

22. Jan. IN FESTO

S. Vincentij mart.
duplex.

Ad vesperas. Ann.
Vincenti dabo ede-
re: altera dabo aud.
psal. Dixit Dñs. cu
reliq; de Dñca: &
loco vltimi dicitur;
psal. Laudate Dñm.
omnes gentes.

inscrip. Capitulum I

S Ancti per fidem Heb.
yicerunt regna,
operati sunt iusti-
tiā, adepti sunt re-
promissiones.

Hymnus.

BEATE martyr
prospera
Dic triūphale tuū,
Quo sanguinismec
ces tibi
Corona Vincenti
datur.

Hic te ex tenebris
seculi,

Tor-

Pro-
den-
tius.
hym-
s. pe-
nitre-
pha.
pag.
129.

Tottere vicio, &
Iudice,
Euexit ad corlum
Ales,
Christoq; ouantem
reddidit.
Nunc Angelorum
particeps, anno
Lucis in insigni
stola,
Quam testis indo-
mabilis
Ruidis crudoris laue-
ras.
Deo P̄f̄ sit gloria,
Eiusque soli filio,
Cū spū paracleto,
Et nunc & omne in
seculum. Amen.
Gloria & honore
coronasti eum dñe.
Et cōstituisti cū
super opera manū
tuarum.

In Festa

Ad Mænī. 2. h.
Acrae beati Vin-
centij solemnita-
tē deuote celebra-
mus, qua inuisitus
Christi martyr dñ
tyranno insignē vi-
ctoriam probatus
per omnia reporta-
uit. **O**ratio.
Adesto Dñe sup-
plicationib⁹ no-
stris, ut qui ex ini-
quitate nostra reos
nos esse cognosci-
mus, beatim martyris
tui Vincentij inter-
cessiōe liberemur.
Per Dñm.

Ad matutinum Ia-
nitorium.

Vincēntē in ma-
tyribus Christi
Dominum. Venite
ado

adoremus. psal. Ve
 nite exultemus. q
 idem ibide pag. 238

Exsurge Martyr
 Exsurge & audi ca-
 ticum. si. H. A
Quod exesibantes
 te p[ro]ficiens in h[ab]itu
Dic curia iusti satis
 imbibitur et
 Pocula ministris in
 via pro eis
 Pulchroq[ue] mortis
 exitu

Omnis iperacta est
 passio. m[od]o a(mie
Qum ille inuestifsi
 fortissimorum for-
 torum regnum etiam
 Iam te ipsa scua &
 aspera T. III. A
 Tormetavictorem
 tremut,

Spectator hec Christi
 in Iustus Deus oislaq
 Compescat tuodur
 o terminos, misi
 Propriarque collecti
 ilqgant crucis D[omi]n[u]s
 Larga coronat d[omi]n[u]s
 C[on]fessio[n]e
En bono Parte usq[ue] glo-
 riæ et carmine
Imprimatur neq[ue]m[od]o
 Sandus Vincentius
 d[omi]n[u]n[ti]n[ti]poll[us] f[ec]it
 et in ascensione obol-
 ni officio vices Po-
 tificis strenue exer-
 quebatur. psal. Bea-
 tus vir qui non abiit.
Acc[ord]o Valerii episco-
 pi, & p[ro]p[ter] Vincentiu[m]
 spe fuitq[ue] victorie
 gloriiter ad marty-
 riū currebat. psal.
 Quare fratres erit
 getes.

Añ Sicut abundat
passio[n]es Christi in
nobis, ita & p Chri-
stum abundat cōso-
latio nostra. **psalmi**
Dñe quid multipli-
cati.

V. Gloria & honore
coronastr[em] dñe.

P. Et constituisti
eū super opera mā-
nūm tuātūm.
Lucio[n] Fratres, de-
bitores sumus non
carni, t[em]p[er]tūm
piuram astra[ct]is

I. Sacram beati
Vincentij martyris
solēnitatem deuotè
celebremus, quām
inuidet[ur] Christi ath-
leta insignem victo-
riæ palmam intulit
cælo. Et brauium

salutis æternæ com-
prehēdēs, coronam
iustitiæ recepit.

V. Bonū certamen
certauit, eurus cō-
sumauit, fidem ser-
uauit. Et brauium

II. Si iubes Pa-
ter sancte responsis
iudicem aggrediar.
Iam tibi fili diuinī
verbi curam cōmi-
feram. Nunc quoq[ue]
pro fide qua asta-
mus, respōsa com-
mitto.

V. Magna iam pri-
dēta cum laude, &
credit[ur] mihi popu-
li utilitate meo mu-
nere fungebaris.

Nunc Tāta grassa-
batur crudelitas in
max

martyris corpore,
& tanta tranquilli-
tas proferebatur in
voce, ut Vincentio
patiente non is, qui
torquebatur, sed a-
li⁹ loqui videretur.

Tot conuicta mi-
raculis persistebat
impictas, tot vexata
supplicijs non ce-
debat infirmitas. Ut
Vincentio. **Gloria.**
Ut Vincentio.

In iij. Noctur. **año.**
Leuita Vincentius
beato Valerio dixit.
Si iubes pater san-
cte, respōsis iudicē
aggrediar. **psal.** Cū
inuocarem.

Año. Iam tibi chā-
rissime fili diuini
verbi curam cōmi-

seram, nunc quoq;
pro fide qua asta-
mus responsa coin-
mitto. **psal.** Verba
mea. **Año.**

Omne quod natum
est ex Deo, vincit
mundum; & hæc
est victoria, que vin-
cit mundum, fides
nostra. **psal.** Dñe
dñs noster.

Posuisti dñe su-
per caput eius.
g. Coronam de la-
pide pretioso.

Lect. IIII.
V incentius Of-
ficer in Hispania
citeriore natus,
à prima ætate stu-
dijs deditus sacras
litteras à Valerio
Cæsarangustano e-

piscop⁹ didicit: cuius eti⁹ partes suis
cepit prædicādo euāgeliū, quod e⁹
piscop⁹ propter lingue impeditum
prædicatio his officiis fungi non pote-
rat. Et re ad Dacia
ni provincie à Di-
ocletiano, & Maxi-
miano p[ro]positum
delata, Vincentius
Cefar Auguste obi-
prehensus, & viā
cum Valerio episco-
po graib⁹ catenis
vincitus ad Dacianū
Valentiani adduci-
tur; ubi eos in te-
tro, ac fœtido carce-
re inclusos inedia,
squalore, vinculis
ferreis, ponderibus

a collo ad manus
pendebitis diu af-
figit fecit.

Ecce haec in su-
blime agor, & om-
nes principes tuos
seculo altior tyrāne
despicio: nolo glo-
riā meam minuas,
nec dāna laudi in-
feras. Paratus sum
enim ad omnia tor-
menta pro Saluato
ris nomine sustinē-
da.

Insurge ergo, &
videbis me Dei vir-
tute plus possum
torquor, quam
possis ipse, qui tor-
ques. Paratus.

Lectio V.

ILLOS postea Da-
cianus existimās
diu-

diuturna carceris
maceratione affli-
ctos facile in suam
sententiam descen-
suros, ad se perdu-
ci iubet: atq; epis-
copum interpellat,
cur religionis spe-
cie iussis Imperato-
rum aduersetur. Cui
cum Valerius miti,
& cōposito sermo-
ne respōdere vide-
retur, Vincētius ad
episcopum coquen-
sus: Cur, inquit, ty-
rannum hūc pater-
humiliter alloque-
ris? Clama voce
magna, & Dei potē-
tiam implora: ut su-
perbia hominis if-
tius comprimatur.
Quibus verbis ex-

candescens Dacia-
nus, Episcopum in-
de facit abduci, &
mox afferri ad se
omnia tormento-
rum genera, & illis
sanctum diaconum
crudeliter torque-
ri. Quare verberi-
bus & equuleo tor-
tus, in craticula im-
positus, pruniis ar-
dentibus supposi-
tis, & ferreis vngui-
lis excarnificatus,
candentibusque la-
minis exustus, arui-
nx guttis & crepi-
tantis calcis respersus,
cum nulla aut tor-
mentorum vi, aut
acerbitate, aut le-
nitare verborum a
proposito deterrei-

posset iterum duci-
tur in carcerē stra-
tum testaceis frag-
mentis, ut eius nu-
dum corpus somno
oppressum à subie-
ctis etiam testarum
aculeis torquere-
tur.

Ardebat Vincen-
tius extrinsecus ty-
ranni fæuientis in-
cendijs. Sed maior
illum intrinsecus
Christi amoris flâ-
ma torrebat.

Intrepidus Dei
athleta cudentis
ferri machinam ul-
tro conscendit. Sed
mizar.

Lect. VI.
Verum illo in te-
nebriscosa inclu-

so custodia clarissi-
mus splendor obor-
tus, totum carcere
illustrauit: quæ lux
cū omnes qui ade-
rant summa admi-
ratione affecisset,
res à custode carce-
ris ad Dacianū de-
fertur; qui eductū
in molli culcitra
collocat, ut aliquan-
tulum recreatus a-
crius denuo torque-
retur, aut si amoto
paululum carnifice
animā quietus ex-
halaret, non occisus
sed mortuus dice-
retur. Interea eum
cœlestis aula susci-
pit, atque ita ignis,
ferri, tortorum im-
manitate superata,

victor ad cœlestem
martyrij coronam
aduolauit vndeци-
mo kalend. Februa-
rij. Cuiuscorpus, cū
proiectum esset in-
humatum, Coruus
& à volucribus & à
lupo vnguibus, ro-
stro, alis mirabili-
ter defendit. Qua-
re cognita, Dacia-
nus illud in altum
mare demergi iubet. Sed inde etiam
diuinitus electum
ad littus Christiani
sepeliunt.

R. Custodiuit illū
dñs ab inimicis, & à
seductoribus tuta-
uit illum, & certa-
men dedit illi vt
vinceret. Et sciret

quoniam potētor
est sapientia.

R. Descēditq; cum
illo in foueam, & in
vinculis non derelī-
quit eum, & dedit
illi claritatēm æter-
nam. Et sciret. **Glo-**
ria. Et sciret.

In iij noctur. anna.

Applicatus tormē-
tis beatus Vincen-
tius dixit. Hoc est
quod semper opta-
ui, & votis omnibus
exquisui. **psal.** In
dño confido. **Ana.**

Beatus Vincentius
ad Dñm transmisit
spiritum, & diuinās
laudes resonant cœ-
lites. **psal.** Dñe quis
habitabit. **Ana.**

Decantauerūt iusti

nomen tuum Dñe,
& victricem munū
tuam laudauerunt
pariter. psal. Dñe
in virtute tua.

V. Magna est gloria
eius in salutari tuo.

R. Gloriam & ma-
gnum decorem im-
pones super eum.

Lect de hom. in c-
uanc, Nisi granula
frumenti, ut in celo
S. Laurentij.

R. VII. Beatus Chri-
sti athleta horren-
do clausus ergastu-
lo angelorum fre-
quentia, & luminis
claritate relictus,
hymnum canebat.

Ac diuina vallatus
gratia angelico fo-
nebatur obsequio.

V. Agnoscit Vin-
centius invictissi-
mus pro Christi
nomine decertasse,
mox deposito one-
re carnis almis cœ-
tibus se esse adden-
dum. Ac diuina.

R. VIII. Cognito
sancto eius abscessu
iudex insanus feris
& canibus invicti
martyris corporeo
ijci mandat lictori-
bus. Sed mittitur a-
uis iniuncta cadaue-
ribus expositas da-
pes scruatura iciu-
na. Ut maioris vi-
ctorie Vicetio gra-
tia confatur.

V. Veri. Datur nautis
mergedum corpus
in fluctibus, sed qui

spi-

spiritum intulerat
in cœlum mox re-
tulit ad sepulchrū.

Vt maioris. **Gloria**
Patri & Filio & Spi-
ritui sancto. Vt ma-
ioris.

Lectio ix. de fundo
Anastasii. y e imbre
uiario. **Ad laudes**

& per hanc. **Aña.**

Vincēti dabo edere
de ligno vitæ, quod
est in paradiſo Dei
mei. **Aña.**

Vincenti dabo mā-
nā abſconditūm, &
dabo illi calculūm
candidūm. **Aña.**

Qui vicerit, & cui
redierit usq; in fi-
nem opera mea, da
bo illi potestate n
super gentes.

Añi. Qui vicerit
faciam illum colu-
na n in templo Dei
mei. **Aña.**

Qui vicerit dabo
ei sedere in eum
in throno raro, si-
cut & ego vici, &
sed in cū patre meo
in throno eius.

Capi Sancti per fi-
dem. **Hymnus.**

V incenti ades-
to, & percipe
Voces precantium
suplices,
Noſtri reatus effi-
cax

Orator ad thronū
patris.

Per te, per illum
carcerem,
Honoris augmen-
tum tui,

Per

ibidē
pag.
146.

Per vincla, flamas,
- vngulas, Rei carcerealem sti-
pite n:

Per fragmen illud
testem, Quo parta creuit
M gloria, Per quem tremen-
tes posterioriā ri-
Exosculantur lectu-
rium:

Miserere nostrarū
precium,

Placatus ut Christ-
tus suis

Inclinet aure pro-
speram, Noxas nec omnes
imputet.

Sicut rite solleūnem
diciā Meneramur ore, &
peccatore,

Si sub tuorum gau-
dio Vestigiorum ster-
nitur: **P**atris per huc ta-
illabere Christi fauorē de-
ferens, Sensus grauati vt
sentiant

Leuamen indulg-
e tate,

Deo Patri sit glo-
ria, &c.

Iustus ut palma
florebit.

Sicut cedrus li-
bani multiplicabit.

Ad benedictus aia.
Beatus Vincentius
cum in ligno suspé-
sus dilaniaretur Da-
ciano dixit: Ecce
ia in sublime agor,

&

& omnes principes
tuos seculo altior
tyranc despicio, pa-
ratus ad omnia pro
Saluatoris nomine
sustinenda.

Officio. Adesto do-
mine. **ve** supra in-
vesperis. **o** cito de
Domine in laudem an-
tun sic coram sancti
Anastasij. **A**na-

Qui odit. **#** Glo-
ria & honore. **Oro.**
Præsta quæsumus

omnipotens Deus,
ut qui beati Anasta-
sij, &c. de comuni
vnius mart.

Ad tertiam Capit.
Sancti per fidem &c.
abre horarum de
coi vnius mart.

Ad Sextam Capit.

Alij autem distent
sunt non suscipien-
tes redemptions m-
vt melioram inuen-
nirent resurrectio-
nem.

Ad Nonam Capit.

Alij vero ludibriæ,
& verberæ experti,
insuper & vincula,
& carcères, lapidati
sunt, secti sunt, ten-
tati sunt, in occisiō-
ne gladij mortui
sunt.

Ad Vesperas Añæ

de laudib. psal. vi in
secundis vespe. de
comuni mart. Cap.
Hymn. ve supra in
primis vespe.

Iustus ut palma
florabit.

Ad magnificat. aña.

Ius-

Iubet inuidia mens
lenioris strati ful-
cra substitui, quasi
non cum poena pe-
remerit, cum quo
& poena simul peri-
erit. Interea beatū
Vincēntium ecclē-
stis aula suscipit, ad
cuius ingressum an-
gelici latantur spi-
ritus, omnesque si-
mul concives gra-
tulantur sancti.

Oratio ut supra.
Deinde fit cōm. S.
Ildefonsi episco. &
cōf. Aña. Sacerdos
& Pontifex. ¶. A-
mauit eum Domi-
nus. &c. **Oratio.**

Exaudi quēsum⁹
Domine preces
nostras, quas in bea-

ti Ildefonsi Confes-
soris tui atque pon-
tificis solemnitate
deferimus: & qui
tibi digne meruit
famulari, eius inter-
cedentibus meri-
tis, ab omnibus nos
absolue peccatis.
Per Dominum no-
strum, &c.

Deinde fit cōm. S.
Emerentianæ virg.
& mart. in Bœuri-

SECVNDA DIE Die
infra octauā S. Vin-
centij. Officiam s̄e
de S. Ildefonso cum
cōm. octauæ & S. E-
merentianæ virg. &
mar. In primo no-
leguntur lectiones
de Scriptura oecue-
ren-

**retri. In secundo
hoccur. Lect. IIII.**

L E D E F O N S V S

Toleti nobilissimi
mis Stephano, & Lu-
cia parentibus or-
tus, omnique cura
naturitus, liberali-
bus disciplinis ins-
tructus est. Primum
habuit preceptorē
Eugenium Toleta-
num Antistitem, à
quo ob præclaram
indolem Hispalim
ad Isidorum mira-
tunc eruditio flo-
rentem, est missus.
Duodecim apud I-
sidorum cominora-
tus annos, tandem
fruge bona, doctri-
naque sana imbu-
tus Toletum reme-

avit ad Eugenium.
Postquam vero fa-
etus est ob vitæ can-
dorem peritiamq;
non vulgarem ab
Eugenio Archidia-
conis, mundi cu-
pientis liqueos decli-
nare, in Agalieni
Monasterio, quod
Cos ne tunc etat &c
Damiano dicatum,
insigne pietatis cu-
cillum induit. Cui
neque parētes, iam
prece, iam vi om-
nia tentantes, obsi-
stere valuerūt, quin
constanter in pro-
posito permaneret.

Lectio. V.

MOnachi non
multo post in-
demor-

demortui Abbatis locum subrogarūt: suscipiebant siquidem in eo præter virtutes reliquas c-quitatem, morum facilitatem, prudētiām, rāram sanctitudinem. Tantus itaq; fulgor, tanta veræ pietatis lux, quod ipse timebat, latere non potuit. Eugenio namq; vi- ta functo, cleri, se-natus, totiusq; popu-li lātitia, Toletanus Archiepiscopus est creat⁹. In quo qui-dē pr̄fusatū, quantum verbo Ildefon-sus profecerit, quæ miracula ediderit, quām religiose san-

ctissimam virginē Dei matrem coluc-rit, non facile quis explicare quiuerit. Cœnobiū virginū in Deilsensi villula ædificauit, ac magnis muneribus au-xit. H̄ereticos quos-dam, qui in Hispania h̄eresim Eluidiā nam tollētem per-petuam Mariæ Dei genitricis virginit-ate disseminabant, doctissimè confuta uit, ab Hispaniaq; depulit: quam dis-putationem expli-cauit libro, quē scri-psit de Mariæ virgi-nitate, rem miracu-lo cōfirmante. Cum enim Ildefonsus ad pre-

preces matutinas
festi expectationis
B. Mariæ in eccl-
esiam nocte descen-
deret: comites eius
in ecclesiæ limine
fulgore quodā re-
pentino deterriti
retrocesserunt. Ille
verò intrepidus ad
aram p̄gressus vir-
ginem ipsam vidi,
& adorauit: ab ea
demq; vestem, qua
in sacrificijs vterc-
tur, accepit.

Lectio. VI.

CVm etiam dies
Leocadiæ festus
ageretur, & clerus
frequensque popu-
lus conuenisset, Il-
defonsus ad sepul-
chrū virginis Leo-

cadia accedens, fle-
xis suppliciter ge-
nibus, precabatur.
Et ecce reserato re-
pente sarcophago,
Leocadia sanctissi-
ma prodijt: viden-
tibusque cunctis, &
audiētibus, Ildefon-
si merita de virgi-
ne cōmendauit, di-
cens: O Ildefonsus,
per te viuit Domi-
na mea, quæ cœli
culmina tenet. Et
præsule collaudato
redibat. Ildefonsus,
ne res sine testibus
tanta posteris refer-
retur, arrepto Re-
censuinthi Regis,
qui forte tunc ade-
rat gladio, vela-
minis partein, quo

caput Leocadiæ te-
gebatur ressecuit ;
camque cum regio
simul cultro celebri
pompa in sacrariū
intulit, vbi usq; ho-
die seruatur. Scrip-
sit multa luculéto-
ri sermone , quorū
varijs molestiarum
occupationibus im-
peditus, aliqua cœp-
ta, aliqua semiple-
na reliquit : Obijt
tandem Ildefonsus
feliciter ac sancte:
cum sedisset in Epi-
scopatu annos no-
uem, menses duos:
sepultusque est in
basilica Leocadiæ
anno Domini sex-
centesimo septuage-
simo septimo . Cu-

ius corpus in gene-
rali à Sarracenis Hi-
spaniarum occupa-
tionē, in ciuitatem
Zamorensem trās-
latum est: & in Ec-
clesia Beati Petri
honorifice condi-
tum , magna illius
populi religione co-
litur.

In iij. Noct. hom. ii.
cuāgclium. Vos es-
tis sal terra, de cō-
muni Docto.

Pro sancta Emeren-
tiana Lect. ix. vt in
Breviario. Pro cō-
memo. S. Emeren-
tianæ in laud. Añ.
Simile est regnum
cælorum. ¶ Diffu-
sa est. Oratio.
Indulgentiam, &c.
TER.

Dia TERTIA D I E.

24. Jan. Officium fit de S.

Vincentio cum cōmemo S. Timothei episcopi & mart.

In primis vesp. aña.

Iste sanctus. y. Gloria & honore. O ō. Infirmitatem. de cōmuni vnius mar. In primo noct. legū tur lection. de scrip tura occurrenti.

In secundo noctur.

Sermo S. Augustini episc. Lcet. III.

Ser. 3. de S. vi oen. IN passione quæ nobis hodie reci tata est, fratres charissimi, euidenter ostenditur iudex ferrox, tortor cruētus, martyr inuictus; in cuius corpore pœ-

nis varijs exarato, iam tormenta defecerant, & adhuc membra durabant; tot conuicta miraculis persistebat impietas; tot vexata supplicijs non cedebat infirmitas: agnoscatur ergo operata diuinitas, quando enim corruptibilis puluis, contra tam immania tormenta duraret, nisi in eo Christus habitaret: in his enim omnibus ille agnoscēdus, ille glorificād⁹, ille laudādus est, qui & in prima vocatione dedit fidē, & in suprema passione virtutē. Vultis nosse

nō esse quia vtrūque
donatū est? Audite
apostolū Paulū. Vo-
bis, inquit, datū est
p̄ Christo non solū
vt credatis in eum,
verū etiam vt patia-
mini pro eo. Acce-
perat vtraq; hēc be-
atus Vincentius Le-
uita, accepérat, &
habebat. Si enim nō
accepisset quid ha-
beret? habebat in
sermone fiduciam,
habebat in passione
tolerantiam.

R. Ecce iam.

Lectio. V.

Q Vid ergo mira-
mur charissimi
si in illo Vincentius
vicit à quo vict' est
mundus? in hoc, in-

quit, mūdo pressu-
ram habebitis, vt si
premit non oppri-
mat, si oppugnat nō
expugnet; duplícē
mūdus aciem pro-
ducit cōtra milites
Christi, blāditur vt
decipiatur, terret vt
frāgat; non nos te-
neat voluntas pro-
pria, nō nos terreat
crudelitas aliena, &
victus est mundus;
ad vtrosque aditus
occurrit Christ', &
non vincitur Chri-
stianus. Si cōsidere-
tur in ista passione
humana patientia,
incipit cōscie incredi-
bilis, si agnoscatur
diuina potētia, de-
sinit cōscie mirabilis.

Tan

Tanta grassabatur
crudelitas in marty-
ris corpore, & tāta
tranquillitas profe-
rebatur in voce, tan-
taq; pœnarum aspe-
ritas sequiebat in mē-
bris, ut miro modo
putaremus Vincen-
tio paciente aliū lo-
quentem non tor-
queri: & verè fra-
tres ita erat, prors⁹
ita erat, aliis loque-
batur. Promisit enī
& hoc testibus suis
Christus in Euan-
gelio, quos ad hu-
iusmodi certamina
præparabat. Sic enī
ait. Nolite præmedi-
tari quomodo aut
quid loquamini.
Non enim vos estis

qui loquimini; sed
spiritus patris ve-
stri loquitur in vo-
bis. Caro ergo pati-
ebatur, & spiritus
loquebatur.

Be. Ardebat,

Lectio. VI.

C Lariorem nobis
martyrem tot
tormenta faciebat;
multiplici enī vul-
nerū varietate con-
fossus, non desere-
bat pugnam, sed a-
crius iterabat: pu-
tares quod eum du-
raret flamma, non
viceret, & tanquam
figuli fornax lutum
molle suscipiēs du-
ram redderet testā:
poterat martyr no-
ster dicere Dacia-

In Feste

no. Iam non vret
ignis tuus carnem
meam, quia exaruit
sicut testa virtus
mea: Et quomodo
scriptum est vera-
citer: vasa figuli p-
bat fornax, & homi-
nes iustos tentatio-
tribulationis: prob-
atus atque deco-
ctus illo igne Vin-
centius, Dacianus
verò arsit, & cre-
puit. Si enim non
ardebat unde cre-
mabat? quid enim
erant verba irascé-
tis, nisi fumus ardē-
tis? ergo martyri
nostro refrigerium
in corde habenti
flamas extrinse-
cus admouebat, sed

ipse facibus furo-
ris accensus, tāquā
clibanus intus ar-
debat, & habitato-
rem suum diabolū
concremabat.

R. Custodiuit.

In iij. Nocturn.

**Lectione sancti Euan-
gelij secundum Io-
annem. Lect. VII.**

IN illo tempore.

Dixit Iesus disci-
pulis suis, Amen
amen dico vobis, ni-
si granum frumen-
ti cadens in terram
mortuum fuerit ip-
sum solum manet.
Et reliqua,

**De homilia S. Au-
gustini episcopi.**

CVn ergo causæ
articulus vene-
rit,

rit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum esse cōtra Dei præceptū, aut ex hac vita emigrā dum, quorum duorum homo cogatur alterum cligere cōminante mortem persecutore, ibi eligit Deo dilecto emori, quām offendere viuere: ibi oderit in hoc mundo animam suam, vt in vitam aternam custodiat eam. Si quis mihi ministrat me sequatur: quid est me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relin-

quens nobis exemplum, yt sequamur vestigia eius.

B. Beatus Christi.

Lectio. VIII.

Ecce quod dictū est: Si quis mihi ministrat me sequatur, quo fructu, qua mercede, quo pre-mio? & vbi sum, inquit, ego, illic & minister meus erit. Gratis ametur, vt operis, quo ministratur illi, pretium sit esse cum illo. Vbi enim bene erit sine illo? aut quando male esse poterit cum illo? Audi evidentius, & si quis mihi ministrauerit, honorificā-

sicabit eum pater
meus, quo honore,
nisi ut sit cum filio
cius? quod enim su-
perius ait: Vbi ego
sum illic & mini-
ster meus erit, hoc
intelligitur. expo-
suisse cum dicit, ho-
norificabit cum pa-
ter meus. Nam que
honorem maiorem
accipere poterit a-
doptatus, quam ut
sit vbi est unicus, no
æqualis factus diui-
nitati, sed consocia-
tus æternitati?

Bz. Cognito.

Pro S. Timotheo c.
piscopo & marty.
Lectio nona. Ex lib.
S. Hieron. presb. de
script. eccl.

T Imotheus Lys-
tris in Lycaonia
natus ex patre gen-
tili, & matre Iudea,
Christianam cole-
bat religionem, cu
in ea loca venit Pau-
lus Apostolus. Qui
fama commotus,
quæ de Timothei
sanctitate percre-
buerat, ipsum adhi-
buit socium suæ pe-
regrinationis; sed
propter Iudeos, qui
se ad Christum co-
uerterant, scientes
Timothei patrem
esse gentilem, cum
circuncidit. Cum
igitur ambo Eph-
esum venissent, ibi
ordinatus est epis-
copus ab Apostolo.

ut eam Ecclesiam
gubernaret. Adquē
Apostolus duas epi-
stolas scripsit, alte-
ram Laodicea, alte-
ram Roma: quibus
in pastoralis officij
cura confirmatus,
cū sacrificiū, quod
vni Deo debetur,
fieri dæmonum si-
mulachris, ferre nō
posset, populum E-
phesinum, Dianę in
cius celebritate im-
molantem, ab illa
impietate remoue-
re conatus, lapidi-
bus obrutus est: ac
pene mortu⁹ à Chri-
stianis ereptus, & in
montem oppido vi-
cinum delatus, no-
no kalēdas Februa-

rij obdormiuit in
Domino.

Pro comme. S. Ti-
morhei in laud. aña.
Qui odit animam
suam. **v.** Iustus v.
palma florebit.

Oratio. Infirmita-
tem nostram.

QVARTA DIE Die
fit de conuersione 25.
Iau.

S. Pauli Apostoli cū
comme octauæ.

QVINTA DIE Die
Officiū fit de S. 26.
Iau.
Vincentio cum co-
me. S. Polycarpi cpi
scopi & marty. in
primis vesperis.

Aña. Iste sanctus.

v. Gloria & honore.

Oratio. Deus qui
nos beati. de com-
muni vnius mart.

In primo nocturn. leguntur lectio. de scriptura occurrēti.

In secundo noct.

Sermo S. Augustini

episcopi.

Lect. III.

storis de nauicula mittebatur in ma-
re tacite dicebat:
Dei cimur, sed non
perimus. Quis if-
tam patiētiam mi-
liti suo donauit, ni-
si qui pro illo prior
sanguinem fudit?
cui dicitur in psal-
mo, Quoniam tu es
patientia mea Do-
mine spes mea, à iu-
uentute mea. Mag-
num certamen ma-
gnam cōparat glo-
riam, non humanā,
nec tēporalem, sed
diuinam & sempi-
ternam: Fides pug-
nat, & quando Fi-
des pugnat, carnē
nullus expugnat.

R. Ecce iam.

Set.

1. de

2. vi

3. et

Magnum specta-
culum specta-
vimus oculis fidei,
martyrem sanctum
Vincētium ubique
vincentem, vicit in
verbis, vicit in pœ-
nis, vicit in confes-
sione, vicit in tribu-
latione, vicit exus-
tus in ignibus, vicit
subineris in flucti-
bus, postremo vicit
mortuus, vicit mor-
tuus; quando caro
cius in qua erat tro-
phæum Christi vi-

Ex
ser.
2. de
S. Vi
cen.

Lect. V.

MULTI toleruerunt dolores pertinacia, non constantia; vitio, non virtute; prauo errore, non recta ratione; diabolo posseidente, non persequeente; in nostro autem vincete Vincentio, ille quidem vinciebat qui possidebat, sed ille posseidebat, qui principem huius mundi misericordia extirpatus superat, ne intus dominaret ille, quippe qui missus est foras non cessans tan-

quam Leo rugiens circuit requirendo quem deuoret, sed cum expugnat ille pro nobis, qui ex excluso regnat in nobis. Deniq; magis diabol⁹ non vieto Vincentio, quā Vincentius pseque te diabolo torquebatur. *R. Ardebat.*

Lect. VI.

QUANTO enim erant illa truculentiora, & exquisitoria tormenta, tanto magis tortus de torquente triumphabat, & ex illa carne tanquam ex terra suo sanguine irrigata, de qua plus dolebat inimicus, pal-

palma crescebat.
Sed quia ille latenter fœuit, & latenter viet⁹ affigitur,
manifeste apparet
in præside homine
quid in occulto dia-
bolus pateretur; &
ille inuisibilis ad-
uersarius per sui
vasculi quod imple-
uerat crepantis ri-
mulas prodebatur.
Voces enim huius
hominis, oculi, vul-
tus, & turbulentus
totius corporis mo-
tus indicabāt, quam
grauiora tormenta
sentiret interius,
quam erant, quæ
martyri infligeban-
tur. Si consideremus
perturbationē tor-

quentis, & trāquil-
litatem tormēta pa-
tientis, videre fa-
cillimum est quis
erat sub pœnis, quis
supra pœnas.

Regula Custodiuit.

In tertio Nocturn.
Lectio sancti Euan-
gelij secundum Io-
anneum. **Lect. VII.**

In illo tempore.
Dixit Iesus disci-
pulis suis. Amen a-
men dico vobis, ni-
si granum frumen-
ti cadens in terram
mortuum fuerit,
ipsum solum ma-
net. Et reliqua.

De homilia S. Au-
gustini episcopi.

Minister est Chri-
sti vsq; ad illud
opus

opus magnæ charitatis; quod est animam suam pro fratribus ponere: quia & hoc propter sua membra dicturus est: cum pro istis fecistis, pro me fecistis, de tali quippe opere etiam se ministrum facere, & appellare dignatus est, ubi ait: Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & animam suā ponere pro multis. Hinc est ergo unusquisque minister Christi, unde est & minister Christus. Sic ministrantem Christo honorifica-

bit pater eius honore illo magno, ut sit cum filio eius, nec unquam deficiat felicitas eius.

R. Beatus Christi.

Lc&t. VIII.

CVM ergo auditis fratres Dñm dicentē. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Nolite tantummodo bonos Episcopos, & Clericos cogitare, & etiam vos, p modulo vestro ministrate Christo bene viuendo, eleemosynas faciendo, nomen doctrinamq; eius quibus potueritis prædicando, ut unusquisque etiā pater familias hoc

hoc nomine agnoscat paternum affectionem suæ familiæ se debere pro Christo, & pro vita æternâ suos omnes admoneat, doceat, horretur, corripiat, impendat benevolentiam, exerceat disciplinam; ita in domo sua ecclesiasticū, & quodāmodo episcopale implebit officium, ministrans Christo, ut in æternū sit cū ipso.

Cognito.

Lect. IX.

POlycarpus Ioannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus, totius

Lectio. Fratres, de-
bitores sumus non
carni, vt in cōmuni
plurimorū mart.
Respōsoria omnia,
vt in ei⁹ festo supra
fol. 2.

In

In ij Noctur. aña.

Mirificauit Domi-
nus sanctum suum,
& exaudiuit cum
pro nobis claman-
tem ad se.

psal. Cū inuocarē.

Aña. Quoniam tu
Domine benedixi-
sti iusto scuto bonę
voluntatis tuę co-
ronasti eum.

psal. Verba mea.

Aña. Vniuersa ter-
ra atque ipsum ma-
re Vincentij gloria
decoratur.

psal. Domine Do-
minus noster.

V. Posuisti Domi-
ne super caput e-
ius.

R. Coronam de la-
pide pretioso.

Lectio III.

L Vſitanię primus
Rex Alphōsus
Henricus post insi-
gnem illā victoriā
quam in agro Ori-
chensi de Ismario
alijsq; quatuor po-
tēissimis Sarrace-
norum regibus ob-
tinuit, Conimbricā
reuerſe multos in-
ter captiuos Chris-
tianos repertos li-
bertate donauit.

Quos cum interro-
gasset, quinam aut
vnde essent; se qui
dē Valētinos fuisse
responderunt; co-
rumq; maiores Va-
lētia simul cū corpo-
re sanctissimi mar-
tyris Vincētij metu-

Ab-

Abderaminis dis-
cedentes, in promō
torio quod in fini-
bus Algarbij mati-
pīninet, cōsedisse,
ibique facellum, in
quo sancti Marty-
ris corpus reconde-
rent, & iuxta illud
pauperes domos ad
inhabitandum ædi-
ficasse; ubi tam diū
manserunt, donec
Aliboaces Maurus
quidam potens ve-
natiōis causa cōde-
ueniens, eorum pa-
rentes occidit, mar-
tyris aram subuer-
tit, & se pueros ca-
ptiuos abduxit; at-
que ad veritatis cō-
probationem addi-
derūt, signum illud

fore, si dominicula
cō loci permanerēt.
aut saltem Corui,
qui facellū ex quo
martyris corpus il-
luc appulisset fre-
quentabāt, ibidem
apparerent.

Lectio V.

Q Vibus Rex au-
ditis, habendi
sacrum corpus cū-
piditate incensus,
ad locum sibi desi-
gnatum accessit.
Quem cum situ de-
formatum vidisser,
re tunc infecta cō-
reuerſ. Verū po-
stea debellatis Sar-
racenis, captaque
Olyſipone, cū Rex
inueniendi Marty-
ris corpus deside-

xio magis exardest
ceret ciusq; gratia
Olysipone cœnobiū
Sancto Vincentio
construxisset, Regi
etiam Hispalēsi in-
ducias in quinqué-
niū postulanti li-
bētissime ea de cau-
sa concessit, & vi-
ros in nauī arma-
tos, vnaq; cum illis
ex Valētinis senio-
ribus, qui locū me-
lius recordarentur
in Promontorium
Algarbij nonnullos
misit, vbi supplici-
ter Deum exoran-
tes, coruorum indi-
cio, domūcularum
ac facelli vestigia
inuenerūt, multisq;
fissionibus aperta

terra & ruderibus
expurgata, subtus
dirutam facelli arā,
capsam ligneam, in
qua sacrum Vincē-
tij corpus condeba-
tur, repererunt.

Lectio VI.

AT cùm in nauī
Vincentij cor-
pus iam impositum
esset, corui duo, al-
ter in prora, alter
verò in puppi velu-
ti Sancti Martyris
familiares alumni
consederunt, & san-
ctissimi patroni re-
liquias vsq; ad O-
lysiponensem por-
tum (qui eo tempo-
re erat iuxta Eccle-
siam Beatæ Iustæ,
& pro-

& prope portā, quae
nunc sancti Vincē-
tij appellatur) sunt
comitati. Tunc no-
tis silentio, vitan-
di tumultus causa,
deportatum est cor-
pus sancti Vincen-
tij in ecclesiam san-
ctæ Iustæ. Facto au-
tē dic, dissensio non
parua inter ciues,
vbi nam corp⁹ mar-
tyris honorificētius
collocaretur, exor-
ta est, ventumque
eſſet ad arma, niſi
Gonsaluuſ Viegas
Regię pŕfectus po-
pulo expectandam
Regis voluntatem
eo tempore abſen-
tis perſuafſer. Ro-
bertus verò summi

templi Decan⁹ (vit
magnę auſtoritatis.
apud omnes, & fa-
pientia, & vitæ san-
ctimonia) Munio-
nē sanctæ Iustæ re-
ſtorem, de ſui capi-
tuli mandato con-
uenit, ab eoque im-
petrauit, ut corpus
martyris ad prima-
rium ciuitatis tem-
plū deferri permit-
teret. Idq; factū eſt
decimo ſeptimo ka-
lendas Octobris, an-
no redēptionis hu-
manæ millesimo cē-
teſimo ſeptuagesi-
mo tertio, regni ve-
rō ipſius Regis Al-
fonſi quadragesimo
quinto. Atque ca-
trālatio multis mi-
ra-

raculis comproba-
ta est.

In iij nocturn. Aña.

Iustus dominus re-
liquias sui marty-
ris Vincentij mag-
nificare dilexit.

psal. In dño cōfido.

Aña. Domine Vin-
cētius habitat in ta-
bernaculo tuo, & re-
quiescit in monte
sancto tuo.

psal. Dñe quis ha-
bitabit.

Aña.

Præuenisti nos in
benedictionib⁹ dul-
cedinis: gloriam, &
magnum decorum
huic templo tuo de-
disti.

psal. Dñe in
virtute.

Magna est gloria
cius in salutari tuo.

RE. Gloriam & ma-
gnum decorum im-
pones super eum.

**Lectiones de homi-
lia in Euangeliū.**

Nisi granū frumen-
ti, ut in festo sancti
Laurentij.

**Ad Laudes & per
horas.** **Aña.**

Decorem & forti-
tudinem induit O-
lysiō, cū sacri Vin-
cētij corporis facta
est conditorium.

psal. Dns regnauit.
cum reliquis de Do-
minica.

Aña. Iubilate, & introite
atria Domini, quia
virtutem operum
Vincentij annūcia-
bit populo suo.

Aña. Sitiat anima
no-

nostrā Dcū nostrū,
& in terra inuia sa-
cra Vincentij vesti-
gia sequatur.

Aña. Cœli, & Ange-
li, qui Vincentij spi-
ritum vobiscum ha-
betis, benedicite do-
minus; benedicat
etia terra, quæ cor-
pus creditum vitæ
reseruat posteræ.

Aña. Exultat Vincē-
tius in gloria, læta-
tur Olysi po, quod
corpus custodiat.

Capitulum. Beatus
vir qui suffert.

Hymn. Vincenti
adesto & percipe.
vt in eius resto. f.6.

Ad Benedictus. añ.

In sanctitate & iu-
stitia apparuit Vin-

cētius coram Dño,
quia odiuit animā
suam in hoc mūdo.

Oratio. Deus qui.
Et sic commēm. de-
oētaua.

Ad horas Capitula,
Respōsoria brevia,
& Vers. vt in cōmiti-
ni vnius mart.

Ad Vesp. Aña. De-
cōrem. cum reliq.
de laudib. psal. Di-
xit Dñs. Cōfitebor,
Beat' vir. Laudate.
Credidi. Cap. Bea-
tus vir. Hym. Vin-
centi adesto. * Iu-
stus vt palma flo.

Ad Magnificat añia.
Osca Vincentium.
vt in primis vei-
ris. Et sic commē-
oētaua.

Die **29** IN FESTO
 xii. Sanctorum marty-
 rum Ianuarij epis-
 copi & sociorum,

simpl.

Oratio.

DEVS qui nos
 annua sancto-
 rum martyrum tuo-
 rum Ianuarij & so-
 ciorum ciuius soleni-
 tate letificas, conce-
 de propitijs, vt quo-
 rum gaudemus me-
 ritis, accendamur
 exemplis. Per Do-
 minum.

*Ex Ioanne diac. san-
 eti Ianuarij. tom. 5.
 Surij. Lect. II.*

IAnuarius Bene-
 uenti episcopus,
 Diocletiano & Ma-
 ximiano in Chris-

tianos sruientibus
 ad Timotheum Cá-
 panix præsidem ob-
 Christianæ Fidei
 professionem No-
 lam perducitur. Ibi
 cius constantia va-
 riè tentata, in ar-
 dentem fornacem
 cōiectus ita illæsus
 euasit, vt ne vesti-
 mētum aut capillū
 quidem flamma vi-
 olauerit. Hinc pre-
 ses accensus iracū-
 dia, martyris cor-
 pus imperat usque
 cō distrahi, quō ad
 neruorum compa-
 ges artuumq; fol-
 uantur. Festus in-
 terea Diaconus, &
 Desiderius Lector,
 qui ad Episcopum

suum

, suum visendum ac-
cesserant, compre-
hēsi & ipsi, vincliq;
vnā cum Episcopo
ante rhedam præsi-
dis Puteolos pertra-
huntur, & in cundē
truduntur carcerē,
in quo Sosius Mis-
senas, & Proculus
Puteolan⁹ diaconi,
Eutyches etiam, &
Acutius laici ad be-
stias damnati deti-
nebantur. Postero
die omnes in am-
phitheatro feris ob-
iecti, quæ naturalis,
oblitæ feritatis ad
Beati Ianuarij pe-
des illicet prostra-
uerē sese. Id Timo-
theus magicis can-
tionibus tribuens,

cūn sentētiā ca-
pitis in Christi mar-
tyres ferre non du-
bitasset, oculis re-
pēte captus, orante
mox B. Ianuario, lu-
men recēpit, quo
sanè miraculo ho-
minum millia ferē
quinque Christi fi-
dem suscepērunt.
Tu autem.

Lectio III.

Verūm ingra-
tus iudex ni-
hilo placatior fact⁹
beneficio, sed con-
uersione tantæ mul-
titudinis actus in-
rabiem, veritus ma-
ximè principū de-
creta lege protinus
agere lictorem iu-
bet: ita Beatus Ia-
nuar-

nuarius eum sc̄ijs ad sulphurariā Pu-
teolanā gladio per-
cussus ad episcopa-
lis muneris laudem
martyrij coronam
adiunxit. Horum
corpora finitimæ
vrbes pro suo quæ-
que studio certum
sibi patronum ex ijs
apud Deum adop-
tandi, sepeliēda cu-
tarunt. Ianuarij cor-
pus Neapolitani di-
uino admonitu ex-
tulere, quod primo
Beneuentum, inde
ad monasteriū Mō-
tis virginis, postre-
mō Neapolim Ale-
xan. xj. Pontif. trans-
latum, & in Cathe-
drali Ecclesia per-

honorifice cōditū
multis miraculis
claruit. Sed illud
cum primis memo-
randum, quod erū-
pentes olim è mon-
te Vesuvio cinerū
& flamarum glo-
bos, nec vicinis mo-
dō, sed longinquis
etiam regionibus
vastitatis metū af-
ferentes extinxit:
cuius rei pariter, ac
Beati martyris me-
moriām Gr̄eci quo-
tannis semel atque
iterum celebrant:
præclarū illud quo-
que quod eius san-
guis, qui in ampulla
vitrea concretus
afferuatur, cùm in
conspectu capit̄is

K cius-

In FESTO

cius dē martyris po-
nitur admirandum
in modū colliqueſcie-
ri, & ebullire perin-
de atque recens ef-
fusis ad hanc usque
tempora cernitur.

Tu autem.

Die
j. Octo-
tob.

IN FESTO
Sanctorum marty-
rum Verissimi, Ma-
ximæ, & Iuliæ.

Duplex
Oratio

DE V. S. qui nos
ad Sanctorum
martyrum tuorum
Verissimi, Maxi-
mæ, & Iuliæ solem-
nitatē tribuis per-
uenire, cōcede quę
sumus, vt quorum
natalitia celebram⁹

ecorū etiam accē-
damur exēplis. Per
Dñm.

In primo Nocturno.
Lect. de scripturā
occis. In iij. noct.

Lectio quartabz

Verissimus, Ma-
xima, & Iulia
Olysiponēses in Lu-
sitania, quos non so-
lumi caro & sanguis
sed eadem fides &
passio vere fecit ei-
se germanos in per-
secutione Diocle-
tiani, cum cius eſu-
delissimi & impīj
satellites, minaci-
bus edictis per fora
& viros propositis,
Christianos dete-
rerent, contempto
omni vitę discrimi-

nc,

nē; impietatem &
fæuitiam tyran尼 li-
bere redargentes;
se Christianos esse;
& veræ religionis
cultores; & pro eius
defensione alacriter
mortem simul subi-
turos libere & vltro
& publice profite-
bantur. Comperta
igitur Sanctorum
constatia, iudex sa-
cerdotalis primo dul-
cibus verbis & pol-
licitationibus, ad-
mixtis insuper mi-
nis, & à sententia il-
los conabatur auer-
tere, & ad simula-
chorum vanitatē
pellucere nitebatur.
Sed cū illi minime
acquiesceret, ardē-

ti ita replet⁹, lussit
eos in tenebrosum
carcerem retrudi,
& multis diebus fa-
me, & inedia mace-
rari. **R.** Sancti tui.

Lectio quinta.

CVM verò nec
carceris squal-
lore, nec diuturna
fame viri sancti ali-
quo modo frägeré
tur, iubet impius iu-
dex, verberibus &
equulco eos tādiu-
torqueri, quoad vs-
q; viscera pene de-
nudarētur; deinde
viscerum intranca
vngulis ferreis ex-
carnificari, canden-
tibusq; laminis exu-
ri. Attamen inter
hac tormenta Dei

athletē fortiores ap-
parebant, supplici-
orumque dolores
hymnis, & cœlestis
beatitudinis certa-
spe minuebant.

Quare iterū iussu
carnificis alijs tor-
mentis excentur,
& depositi ex equi-
leis, per pedes funi-
bus ligati, per vicos
& plateas yerbisque
prærupta crudelis-
sime trahuntur. Vi-
dēs autem iniquus
iudex sanctos mar-
tyres his omnibus
nec superari, nec a-
liquo modo flecti,
sed vehementius ex-
ultare, & in Chris-
ti laudes incessan-
ter ora resoluere,

iussit eorum capta
ta amputari, & sic
martyrij palinā kak
Octob. sunt conse-
cuti. Verbera
carnificum.

Lectio VI.

Nec tamen saeul
iudicis adhuc
satiata est crudeli-
tas, sed quos viuos
superare minime
poterat, eos mortu-
os persequi nō des-
titit. Sacra enim
corū corpora, quæ
inhumata canibus,
& auibus dilanian-
da proicerat, cum
vidisset illa sa saxo-
rum molibus alli-
gata, in medio mari
demergi fecit. Sed
is, cui de sanctis suis

pre-

præcipua cura est, quos in terra victores fecerat, ita & immati gloriosos ostendit. Non enim tam celeriter sacrilegi ministri iudici, quæ præceperat, facta esse nunciauerunt, quin celerius corpora, quæ in profundo mari teneri arbitrabatur, ad litus fuissent reuersa.

Quæ Christiani pie colligentes ad litus sepelierunt: & ibi postea in eorum honorem ad locum, qui adhuc Sanctos vulgo dicitur, ecclesia costructa est, in qua debita veneratione culti quicuerūt us.

que ad tempora Iohannis huius nominis secundi Lusitanæ Regis, qui eorum corpora ad cœnobium Monialiū sancti Iacobi, ut augustiorem locum transferenda curauit. **Re.** Tanquam aurum.

In iij. noctut. homil. in euang. Cum audieritis prelia, & seditiones, **de cōmu-**
plic. mart.

IN FESTO
S. Ireneæ virginis & martyris, **duplex.**

Omnia de cōmuni
vniuersit. & mart.
Oratio. Indulgen-
tiam, &c.

Die
xx.
Octo-
ber.

In FESTO

In primo Nocturno.
Lectio de scriptura
occurred. Sed in pro-
pria Ecclesia.
De virginibus.

In iij nocturno.
Quoniam hodie na-
talis est virginis.
de eodem communione.
In iij nocturno homi-
lia in euāg. Simile
est regnum cœlorū
decem virginibus.
de eodem communione.

Dic IN FESTO
Sanctorum marty-
rum Crispini &
Crispiniani.

Duplex.

Oratio.

Adesto Domine
populo tuo, ut
beatorum martyrum

tuorum Crispini &
Crispiniani metita
præclara suscipiēs,
ad impetrādām mi-
sericordiam tuam
semper eorum pa-
trocinij adiuuet.

Per Dominum.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurenti.

In secundo nocturno.
Lectio quarta.

C R I S P I N V S
& Crispinian⁹
sub Diocletiano &
Maximiano Imper-
atoribus, qui una
animi incredibili
impietate Ecclesiā
Dei oppugnandam
suscepere, Romæ
claris orti natalib⁹
pari fidei deuotio-
ne

ne secuti Sanctum
Quintinum martyrem Christum an-
nunciaturi, in Gal-
lias se contulerunt,
Sueßionesq; vene-
runt, vbi sutoriam
artem, ut inde sibi
victuma cōpararēt,
Dei beneficio ita di-
dicerunt, ut cre-
ros artis elegantia
facile vincerent.
Cum nullum sui la-
boris pretiū à quo-
quam exigerebant, &
Dei verbum sem-
per omnibus annū-
ciarent, factum est,
ut multi relieto er-
rone & cultu simu-
lachrorum, Deum
viuum & verum to-
ta pectore colere,

& amare concupis-
cerent. Id vbi per-
cepit impius Maxi-
mianus, confessim
Richtuarum suæ
crudelitatis minis-
trum, ad eos perqui-
rendos misit, qui a-
pud Sueßiones eos
inuenit, calceos pau-
perum consuentes,
sciscitatusq; ab eis,
quosnam Deos co-
lerent, respondent
se vnum eundemq;
verum Deum co-
lere: Iouem, Apol-
linem, Mercurium
& id genus porten-
ta non colere, nec
adorare.

P. Sancti tui Do-
mine &c.

K'4 L.

Lectio V.

Quo auditō Rictiuarus eos
catenis vincitos ad
Maximianum ad-
ducit. Qui cum im-
peraret, ut suum ge-
nus & religionem
edicerent, se quidē
Romæ non obscu-
ra familia ortos, p
Christi amore in
Galliam venisse, ip-
sumque Christum
Deum verum cre-
dere, colere, & annū-
ciare cōstantissime
farentur. Tunc Ma-
ximian⁹ furore ac-
census tradit eos
Rictiuaro dirè ex-
eruciandos tēterri-
maque morte per-
dendos. Moxq; cru-

delis tyranni min-
ster iubet, Sanctos
ad trochleam extē-
sos fustibus cædi,
sudes intra digito-
rum vngues & car-
nem defigi, corri-
giasq; ex pelle dor-
si immanissime ex-
scindi. Cum verò
martyres inter tor-
menta spe gauden-
tes Deum orarent,
statim sudes tanta
vi è digitis exiliūt,
ut quosdam ex mi-
nistris interficerēt,
alios vero vulnera-
rent. At Rictiua-
rus præ furore insa-
niens, lapides mo-
lares ad colla mar-
tyrum alligari iuv-
bet, & in flumen

eos

eos Axonā demer-
gi, ut glacie crucia-
rentur. Sed marty-
res diuina virtute
protecti, nec aquis
merguntur, nec sa-
xis premuntur, nec
frigore constringū-
tur.

Verbera.

Lectio VI.

Ecōspecto Ri-
ctiouarus mi-
raculo in plumbū
liqüefactum iubet
viuos deponi: sed
nihil ignis lœdit,
imo in medio plu-
bo orantes Sancti
cantabant, Adiuua-
nos Deus salutaris
noster, & propter
honorem nominis
tui Domine libera

nos, & propitius es-
to peccatis nostris
propter nomē tuū,
ne forte dicant gé-
tes, vbi est Deus co-
rum? Sub his pre-
cibus exilit gutta
feruētis plumbi in
oculum Rictiouari.
Qui magno dolore
excruciatus, & ob-
cæcatus, cernēs im-
pius se nihil suis ef-
ficere supplicijs fu-
ribundus in ignem
se precipitat, & tali
morte, iusto quidē
Dei iudicio, abit è
vita. Maximianus
vbi didicit, quid
suo Rictiouaro ac-
cidisset, præcepit
Sanctos Martyres
capite puniri: sicq;

; capite casi, octauo
 Kalendas Nouem-
 bris æternam vitæ,
 martyrijque coro-
 nam sunt consecu-
 ti. Qui dies sancto-
 rum martyrum fe-
 stus atq; solemnis,
 quod postea in illa
 memorabilem Al-
 fonsi primi Lusita-
 niæ Regis victoriæ
 incurrit, cum O-
 lysiponem urbē an-
 no Millefimo cen-
 tesimo quadragesi-
 mo septimo e po-
 restate Sarraceno-
 rum eripuit, mag-
 na deuotione ab O-
 lysiponensibus cele-
 bratur. Corpora sa-
 etorum martyrum
 reliqua canibus de-
 uorâda, eadem no-
 cte senex quidam
 pauper cum sorore
 grandæua ab ange-
 lo admoniti sepul-
 turæ mandarunt.
 Hi enim ad Axonā
 flumen vbi Sancti
 passi fuerant, acce-
 dentes, singuliq; sin-
 gula corpora tollé-
 tes, atque existimâ-
 tes non ferre one-
 ra, sed ipsi potius
 ab oneribus ferricæ
 in cimbam ibi cōf-
 pectam imposuer-
 runt, & aduerso flu-
 mine se mouere na-
 uicula sine remis &
 remige ad locum
 destinatum perue-
 nientes, in suo tu-
 gurio clam sepe-
 lie-

lierunt, postea vero
Romam delata, in
Ecclesia sancti Lau-
réti in Pane & per-
na honorifice sunt
tumulata.

B. Tanquam aurū.
(rode: rode:)

Die **20 IN P RÆ-**
xxj. sentatione Beatae
No-
næb. Virginis Mariæ

Duplex.

Omnia sicut sicut
in eius Natiuitate,
mutato nomine Na-
tiuitatis in nomen
Præsentationis. sic.
Natiuitatem, Præ-
sentationem. Nati-
uitare, Præsentatio-
ne. Nata est, Præ-
sentata est. Oremus,
Præsentationem.

Natiuitas, Præsen-
tatio. Natali, Die
solemni. Exceptis
oratione, & lectio-
nibus quæ sequuntur.

Oratio.

DEVS qui bea-
tam Mariam
semper virginé ta-
bernaculum Sancti
Spiritus, post tricen-
nium in tēplo pre-
sentari voluisti, pte-
sta quæsum⁹ ut qui
præsentationis cius
festa recolimus in
terrīs, ipsius inter-
cessione ad Tem-
plum, qui Christus
est, in cœlesti glo-
ria præsentari me-
reamur. Qui tecū
viuit & regnat.

In

In primis noctis de
libro Ecclesiastici.

Lectio prima.

E GO ex ore al-
tissimi prodiui:
prinogenita ante
omnem creaturā.

Ego feci in cœlis ut
oriretur lumen in-
deficiens: & sicut
nebula texi omnē
terram. Ego in al-
tissimis habitaui, &
thronus meus in co-
lumna nubis. Gyru
cœli circuiui sola,
& profundum abyssi
penetraui, & in
fluctibus maris am-
bulauui: & in omni
terra steti. Et in om-
ni populo, & in om-
ni gente primatum
habui, & omnium

excellentium & hu-
miliū corda vir-
tute calcaui. Tu
autem **Hodic præsen-**
tata est.

Lectio II.

E GO quasi tere-
binthus extēdi
ramos meos: & ra-
mi mei, honoris &
gratiae. Ego quasi
vitis fructificaui su-
avitatem odoris; &
flores mei fructus
honoris & honesta-
tis. Ego mater pul-
chritudine dilectionis &
timoris & agnitio-
nis & sanctæ spei.
In me gratia omnis
via & veritatis; in
me omnis spes vite
& virtutis. Tu autem

R. Beatiss.

Lectio III.

Transite ad me omnes qui cōcupiscitis me, & à generationibꝫ meis implemini. Spiritus enim meus super me dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione sacerdotum. Qui edunt me adhuc esuriēt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operātur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam eternam habebunt. Tu autem

R. Gloriosæ.

In secundo noctis.

Lectio quarta.

Beatæ virgo Maria, quæ peperit mundi redemptorem, ut erat etiam antequam in luce ederetur plena gratia, ac peccati omnis immunis: sic in omni ætate præbebat magna docuēta insitæ virtutis & gratiæ. Præsentata igitur, quasi mulier iam ætatis prouecta, in templo supplex Dominum adorabat, ac in Dei laudibus constans tissimè perseverabat. Conuenientibus videlicet initijs

vitam instituens, qualis eam decebat, quæ filium Dei superueniente Spiritu sancto virgo esset paritura.

Tu autem domine. Præsentatio.

Sermo S. Ambrosij episcopi lib. 2 de virginib[us] sibi

Lectio V.

Talis fuit Maria, ut cetera vnius vita, omnium disciplina sit. Si igitur auctor non displicet, opus probemus, ut quæcunque sibi eius exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in una virgine species virtutum emis-

eant? Secretum vero recundiæ, vexillum fidei, deuotionis obsequium, virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad Templum.

O quantis illa virginibus occurret, quantas complexa ad Dominum trahet, dices; Hæc thorum filij mei, hæc thalamos nuptiales, immaculato seruauit pudore.

Tu autem Dñe.

Cum iucund.

Lectio VI.

SIC MARIA intendebat omnibus quasi à pluribus moneretur: sic implebat omnia vir-

tutis officia, ut non tam disceret quam doceret. Talem hanc Euangclista monstrauit: talem Angelus reperit: talem Spiritus sanctus elegit. Quid enim in singulis morer, ut eam parentes dilexerint, extranei pre dicauerint, quæ digna fuit ex qua Dei filius nascetur? Hæc ad ipsos ingressus Angeli, inventa domi, in perpetuilibus sine comite, ne quis intentionem abruperet, ne quis obstreperet. Neque enim comites foeminas desiderabat, quæ bo-

nas comites cogitationes habebat, si quin etiam tum sic bi minus sola videbatur, cum sola esset. Nam quemadmodum sola, cui tot libri adessent, tot at changeli, tot prophetæ. Tu autem Domine.

Præsentatio sua.

In tertio nocturno.

ut habetur in festo

Conceptionis B. Ma

rit virginis.

In secundis vespere

tantum commemo

ratio S. Cæcilie vis

ginis & mart.



TOE

OFFICIVM
De Festiuitate Ex-
pectationis glorio-
sissimi partus Bea-
tæ Mariæ Virginis,
ad formam Officij
noui redactum, ex
apostolica cōcessi-
one, & authoritate
Pij. v. & Grego. xiiij.

Pont. Max.

GREGORIUS
PAP. XIII.

Hodie ad Laud.
Die *xvi.*
Decē
bris. & per horas di-
cuntur Añæ, ppriæ
feriæ in qua occur-
rit festum Expecta-
tionis B. Mariæ vir-
ginis, omissa quarta
Aña, quæ ad canti-
cum dicitur, cuius
loco dicatur ea, quæ
ad canticum poni-

tur in psalterio: &
idē fiat de Añis in
die s. Thomæ occur-
rentibus, reponēdis
in sabbatho quādo
festum Expectatio-
nis huiusmodi in
sabbatho venerit, vt
scilicet Añæ in die
S. Thomæ occurren-
tes, tunc reponan-
tur xvij. decembris,
dempta ea quæ di-
citur ad canticum,
vt supra.

**FESTVM EX-
pectationis B. Ma-
riæ virgi.** *duplex.*

Ad Vespe. Aña.
Missus est. *cum re-
liquis de Laudib.
psalm. Dixit Dñs.
Laudate pueri. Lc-
tatus*

*Die
xvij.
Decē
bris.*

Canticum. Nisi do-
minus. Lauda Hie-
rusalem. ut in offi-
cio paruo B. Mariæ.

Cap. Isaiae. i.

EGradietur vir-
ga de radice
Iesse, & flos de radi-
ce eius ascendet: &
requiesceret super eū
spiritus Domini.

Hymnus. Conditor al-
me syderum, ut in
eternum aduertas.

Et nota quod in si-
nu omnium hy-
morum dicitur. **A.**

Laus honor.

Ave Maria grata
plena.

Dñs tecum.

Ad Magnificatam.

Spiritus sanctus in
te descédet Maria.

ne timeas, habebis
in vtero Filiū Dei,
Alleluia.

Oratio.

DEUS qui de
beatæ Mariæ
virginis vtero, ver-
bum tuum, Angelo
nunciante, carnem
suscipere voluisti,
præsta supplicibus
tuis, ut qui verè eā
genitricē Dei erę-
dimus, eius apud te
intercessiōnib⁹ ad-
iuuemur. Per cuius-
dem &c.

Octinde pro cōme-
aduentus anni. **O.**

Ad Matrem. Invita-

Ave. Maria gratia

plena, dñs tecum.

psal. Venite exulte
mus.

L

Officium

Hym. Verbum su-
pernum, ut in dñi-
ca prima aduent.

In primo noctur.

Aña. Ecce dñs no-
ster cum virtute ve-
niet, & illuminabit
oculos seruorum
suorum; alleluia.

psal. Dñs dñs nř.

Aña. Rorate cœli
desuper, & nubes
pluant iustum: ape-
riatur terra, & ger-
minet Saluatorem.

psal. Cœlienarrat.

Aña. Ecce nomen
domini venit de lō
ginquo, & claritas
eius replet orbem
terrarum. **M. 50 A**

psal. Dñi est terra.

* Ex Sion sp̄cies
decoris eius.

re. Deus noster ma-
nifeste veniet.

**Lectio prima de-
Isaia propheta.**
c.7.

ET adiecit Dñs
loqui ad Achaz
dicens: Pete tibi
signum à Domino
Deo tuo, in profun-
dum inferni, siue in
excellsum supra. Et
dixit Achaz: Non
petam, & non ten-
tabo dhm. Et dixit:
Audite ergo domi-
Dauid. Nuquid pa-
rum vobis est, mo-
lestos esse homini-
bus, quia molesti
estis & Deo meo?
Propter hoc dabit
dominus ipse vobis
signum. Ecce virgo
con-

concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.

Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus est. Et ipse erit expectatione gentium.

Pulchriores sūt oculi eius vino, & dētes eius laete cādidores. Et ipse erit.

Lectio secunda.

c. XI.

Et egredietur virga de radice

Iesse, & flos de radice eius asceendet. Et requiesceret super eū Spiritus Domini, Spiritus sapientiae, & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionē oculorum iudicabit, neque secundum auditū aurium arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes: & arguet in æquitate pro manu suetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impiū.

La Et

Et erit iustitia cin-
gulum lumborum.
Eius, & fides cincto-
rum rerum eius.

Orietur stella
ex Iacob, & consur-
get homo de Israel,
& cofringet omnes
duces alienigenarū.
Et erit omnis terra
possessio eius.

De Iacob erit
qui dominabitur,
& perdet reliquias
ciuitatis. Et erit.

Lect. III. C. III.

Lætabitur deser-
ta & inuia: &
exultabit solitudo:
& florebit quasi li-
lium. Germinans
germinabit & exul-
tabit lætabunda &
laudans. Gloria Li-

bani data est ei; de-
cor Carmeli & Sa-
ron. Ipsi videbunt
gloriam Dei nostri.
Confirmate manus:
dissolutas, & genua:
debilia roborate.
Dicite pusillanimis:
Cofortamini & no-
lite timere. Ecce
Deus vester ultio-
nem adducet retrí-
butionis: Deus ip-
se veniet & salua-
bit vos. Tunc ape-
rientur oculi cœco-
rum, & aures sur-
dorum patebunt:
tūc saliet sicut cer-
uus claudus: & aper-
ta erit lingua muto-
rū, quia scislae sunt
in deserto aquæ, &
torrentes in solitu-
dine

dixit. Et quæ erat arida, erit in stagnū, & sitiens in fontes aquarum.

R. Descendet Dominus sicut pluia in vellus, orietur in diebus eius iustitia. Et abundantia pacis.

V. Et adorabunt cū omnes Reges: omnes gentes seruient ei. Et abundantia. Gloria patri. Et.

In secundo noctur.
Aña. De Sion exhibet lex, & verbum Domini de Hierusalem.

psal. Eruet auit.

Aña. Ecce Deus noster, expectauimus eum, & saluabit nos.

Alleluia.

Aña. Dominus veniet, occurrite illi dicentes: Magnum principium, & regni eius non erit finis. Deus fortis, dominator, princeps pacis. Alleluia.

psal. Magnus dñs.

v. Egreditur virga de radice Iesse.

R. Et flos de radice eius ascendet.

Ex libro S. Ildefonsi Archiep. Toletani, de virginitate Mariæ. Lect. quartæ.

D Omnia mēa, atque dominatrix mea, dominans mihi: mater domini mei; ancilla filij tui, genitrix

factoris mundi. Te
rogo, te oro, te quę-
so, ut habeam spiri-
tum domini tui, spi-
ritumque filij tui,
ne non & spiritum
Redemptoris mei:
ut de te vera & di-
gna sapiam, vera &
digna loquar, vera
& digna quæcunq;
sunt, diligam. Tu
enim es electa à
Deo, assūpta à Deo,
aduocata à Deo, p-
xiima Deo, adhæ-
rens Deo, coniun-
cta Deo. Visitata
ab angelo, salutata
ab angelo, benedi-
cta ab angelo, bea-
tificata ab angelo.
Turbata in sermo-
ne: attonita in co-

gitatione: stupefa-
cta in salutatione:
admirata in dicto-
rum annuntiatio-
ne.

Ecce virgo con-
cipiet, & pariet fi-
lium, dicit Domi-
nus. Et vocabitur
nomen eius admi-
rabilis, Deus, fortis.

Super soliū Da-
uid, & super reg-
num eius sedebit
in æternum. Et vo-
cabitur.

Lectio V.

INuenisse te apud
Deum gratiam,
audis: & ne timeas
iuberis. Vnde & tu
fiducia roboraris,
cognitione miracu-
lorum instrueris: ad

nouitatem inaudita
eæ gloriæ prouehe-
ris. De prole ab an-
gelo annuntiata es,
& post fœtum inte-
gra & pudica ma-
nes. Certa virginini-
tas nobis promitti-
tur, & nasciturum
ex te sanctum Dei
filium, tibi ab ange-
lo euangelizatur:
& quæ sit nascentis.
Regis potentia, mi-
rabiliter intimatur.
Quomodo fiat quæ-
ris, de origine in-
terrogas: de ratio-
ne perscrutaris: de
experientia requiri-
ris: de ordine scis-
citaris. Audi inau-
ditum oraculum,
considera inusita-

tum opus, animad-
uerte incognitum
arcanum: attende
inuisum factum.
Spiritus sanctus su-
perueniet in te: &
virtus altissimi ob-
umbrabit tibi.

R. Rorate cœli de-
super, & nubes plu-
ant iustum. Aperi-
atur terra, & ger-
minet Saluatorem.

T. Emitte agnum
domine dominato-
rem terræ de petra
deserti ad montem
filiæ Sion. Aperia-
tur.

Lect. VI.
Tota inuisibili-
ter Trinitas cō-
ceptionem operabi-
tur in te: sola perso-

na filij Dei in cor-
pore tuo nascitura
carnem assumet de
te. Ideoq; quod cō-
cipietur ex te, quod
nascetur ex te, quod
prodiet ex te, quod
germinabit ex te,
quod parturietur
ex te sanctum, voca
bitur filius Dei. E-
rit enim hic mag-
nus, hic Deus vir-
tutum, hic Rex om-
nium s̄eculorum:
hic factor omnium
rerum. Ecce beata
tu inter mulieres,
integra inter puer-
peras, domina inter
ancillas, regina in-
ter sorores. Ecce ex
hoc beatam te di-
cent omnes genera-

tiones: beatam te
nouerūt omnes cō
lestes virtutes: bea
tam prædicant om
nes Vates: beatam
celebrāt omnes na-
tiones. Beata tu fi-
dei nostræ, beata tu
animæ nostræ, bea-
ta dilectioni nostre,
beata præconijs &
prædicationib⁹ me-
is.

R. Docebit nos do
minus vias suas: &
ambulabimus in se-
mitis eius. Quia
de Sion exhibet lex,
& verbum domini
de Hierusalem.

R. Venite ascenda-
mus ad mótem dos-
mini, & ad domum
Dei Iacob. Quia
Glo-

Gloria patri. Quia:
In illa nascitur. Aña:
Dominus dabit be-
nignitatem, & terra
nostra dabit fructū
suum.

psal. Benedixisti.

Aña. Ecce veniet
 Deus & homo de
 domo Dauid sede
 re in throno. Alle
 luia.

psal. Fundamenta.

Aña. Annūciate po
 pulis & dicite: Ecce
 Deus saluator nos
 ter veniet.

psal. Cantate.j.

¶. Egressietur dñs
 de loco sancto suo.

¶. Veniet ut saluet
 populum suum.

Si hoc festum vene
rit in fer. 4. quatuor

temporū aduē. loco
sequentium trium
lectio legantur tres
lectio homiliæ ciui
dem. 4. ferie, cū Res
ponsorij. quæ hic
signantur.

Lectione sancti Euani
 gelij secundū Lucā.

Lect. VII. c. i.

I N illo tempore:
 Missus est Ange
 lus Gabriel à Deo
 in ciuitatem Galileæ, cui nomen Na
 zareth, ad virginē
 desponsatam viro,
 cui nomen erat Io
 seph de domo Da
 uid, & nomen virgi
 nis Maria. Et reli
 qua homiliæ vene
 rabilis Bedæ pres
 byteri.

In

In euāg. Luc. cap. i.
& in homilijs hie-
malib⁹ de tempore
fec. 4. quatuor tēpo-
rū mensis decēbris.

virtutū Dominus,
& potens in prælio
cōtra potestates aē-
reas ad bella venie-
bat. Et ingressus an-
gelus ad eam dixit.
Aue gratia plena,
Dñs tecum, benedi-
cta tu in mulierib⁹.
Bene gratia plena
vocatur, quæ nimi-
ru in gratiam, quam
nulla alia meruerat
adsequitur: ut ipſū
videlicet gratiæ cō-
cipiat & generet au-
torem.

R. Aue Maria gra-
tia plena, Dominus
tecum. Spiritus san-
ctus superueniet in
te, & virtus altissi-
mi obumbrabit ti-
bi: quod enim ex

AD Mariam vir-
ginem Gabriel
mittitur qui DEI
fortitudo nomina-
tur. Illum quippe
nanciare veniebat,
qui ad debellandas
aēreas potestates,
humilis apparere
dignat⁹ est. De quo
per psalmistā diei-
tur, Dominus fortis
& potens, Dominus
potens in prælio. Et
rursum: Dñs virtu-
tum ipse est rex glo-
riæ. Per Dei ergo
fortitudinem nunci-
endas erat, qui

te nascetur sanctū,
vocabitur fili⁹ Dei.
V. Quomodo ficit
istud, quoniam vi-
tum non cognosco?
Et respondens An-
gelus dixit ei. Spi-
ritus sanctus.

Lect. VIII.

ECCE concipies
in vtero, & pa-
ries filium: & vo-
cabis nomen eius
Iesuim. Iesus salua-
tor, siue salutaris in-
terpretatur: cuius
sacramentū nomi-
nis alloquēs Ioseph
Angelus exposuit:
Ipse enim (inquiēs)
saluum faciet popu-
lum suum à pecca-
tis eorum. Non ait

populum Israel, sed
populum suum, hoc
est, in unitatem fi-
dei ex præputio &
circuncisione voca-
tum: quibus ex di-
uersa parte voca-
tis, fieret unus pas-
tor, & unus ouile.
Hic erit magnus &
filius altissimi vo-
cabitur: & dabit illi
dominus Deus se-
dem Dauid patris
eius. Idem ergo fi-
lius altissimi, qui in
vtero virginali cō-
ceptus & natus est:
idem homo in tem-
pore creatus ex ma-
tre, qui Deus est
ante tempora natus
ex patre. Si autem
idem

fidē homo qui Deus
est: omittat Nesto-
rius, hominem tan-
tum dicere ex vir-
gine natum.

Suscipe verbum
virgo Maria, quod
tibi à Domino per
Angelum trāsmis-
sum est: concipies
& paries Deum pa-
riter & hominem.
Ut benedicta dica-
ris inter omnes mu-
liceres.

Paries quidem
filium, & virginita-
tis non patieris de-
trimentum: efficie-
ris grauida, & eris
mater semper inta-
cta. Ut benedicta.
Gloria patri. Ut be-
nedicta.

Lectio nona

I Deoque & quod
nascetur ex te sā
Etum, vocabitur fi-
lius Dei. Ad distin-
ctionem nostræ san-
ctitatis, Iesus. San-
ct⁹ singulariter naſ-
citurus afferitur.
Nos quippe etsi san-
cti efficimur, nō ta-
mē nascimur: quia
ipsa naturæ corru-
ptionis conditione
constringimur, ut
meritò cū Prophe-
ta gementes, singu-
li dicamus, Ecce e-
nim in iniuitati-
bus cōceptus sum,
& in delictis pe-
rit me mater mea.
Ille autem solus ve-
raciter sanctus est,
qui

qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex cōmixtione carnalis copule conceptus non est. Sanctū (inquit) vocabitur filius Dei. Quid hic dicis Nestoriane, qui beatam Mariā Dei negans esse genitricem, apertè niteris impugnare veritatē? Ecce Deū dixit superuēturū, Dei filium nascitum. Quomodo ergo aut Dei filius, Deus non est? aut quae Deum edidit, quomodo Theotocos, idest, Dei genitrix nō esse potest?

Te Deum.

Ad Laudes & per horas. aña.

Missus est Gabriel angelus ad Mariam virginem despōnsatam Ioseph.

p̄al. Dñs regnauit cum reliq de Dominiica. xiiij. oportet

Aña. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulierib⁹ alleluia.

Aña. Nativitas María, inuenisti gratiā apud dñm : ecce cōcipies & paries filiū. alleluia.

Aña. Dabit ei dñs sedē David patris eius, & regnabit in eternum.

Aña. Ecce ancilla do-

Officium

Dominī, fiat mihi
secundum verbum
tuum.

Capit. Isai. ii.

Egredietur vir-
ga de radice
Iesse, & flos de radi-
ce eius ascendet, &
requiescet super eū
spiritus domini.

Hym. Vox clara.

ut in dñica. j. aduēt.

¶. Spiritus sanctus
superueniet in te.

¶. Et virtus altissi-
mi obumbrabit ti-
bi.

Ad Benedictus. añ.

Super soliū Dauid,
& super regnū eius
scdebit in æternū.

Oratio.

Deus qui de bea-
tae Mariæ vir-

ginis vtero verbum
tuum, Angelo nun-
ciante, carnem sus-
cipere voluisti: pre-
sta supplicibus tuis,
vt qui verè eam ge-
nitricem Dci cres-
dimus, eius apud te
intercessionib⁹ ad-
iuuemur. Per eun-
dem.

Ad Tertiam

Capitulum.

Egredietur, **ut su-
pra.** Tu exsurgēs
æbre. Tu exsurgēs
domine. Miserebe-
ris Sion.

¶. Quia tēpus mi-
serēdi eius, quia ve-
nit tempus. Mis-
reberis. Gloria p̄fī.
Tu exsurgens.

¶. Rorate cœli.

R. Aperiatur.

Ad Sextam Capitulū
Iam Isaie. 7.

Ecce virgo cōcū
pict, & pariet fi-
lium : & vocabitur
nomen eius Ema-
nuel. Butyrū & mel
comedet , vt sciat
reprobare malum,
& eligere bonum.

R. Rorate cœli
desuper. Et nubes
pluant iustum.

Aperiatur terra,
& germinet Salua-
torem. Et nubes.
Gloria p̄i. Rorate.

V. Emitte.

R. De petra.

Ad Nonam

Capit. Isa. 45

Orate cœli dō-
super, & nubes

pluant iustum: ape-
riatur terra, & ger-
minet Saluatorem,
& iustitia oriatur
simul; ego dominus
creavi eum.

V. bre. Emitte ag-
num domine. Do-
minatorem terræ.

V. De petra descr-
ti ad montem filiæ
Sion. Dominatorem.
Gloria p̄i. Emitte.

V. Spiritus sanctus
superueniet in te.

R. Et virtus altissi-
mi obumbrabit ti-
bi.

In secundis vespe-
ris omnia dicuntur
vt in primis, præ-
ter quintam añam,
quæ dicitur sequēs
Añz.

Dc

Off. expectat. B.M.

De fructu ventris habere sequentem?
 tui ponam super se dem tuam.
pſal. Memento domine Dauid.
Ad Magnificā. Filiæ Hierusalēm,
 quid me admirāni? Diuinum est
 mysteriū hoc, quod cernitīs.

O virgo virginum,
 quomodo fiet istud,
 quia nec primam
 similem vīsa es, nec

**Oratio ut in pri-
 mis vesperis.**
**Deinde fit comme-
 ratus.** Aduent. Aña. O.



L AVS DEO.





OLYSIPONE,
 Excudebat Antonius Riberius.

M. D. LXXX.




















100

